

plena virtutibus fovebat et cum
plenebatur spiritualiter ipsa an
te mulieres omnes scientie prece
lente: puto quod intelligit quod aiad
nent. Nam alie quidem partes gra
m meruerunt. ipsa autem plena
gra ab angelo salutata. **Hec an**
telus. Oratio. Illuc uirga uesse
florida et fructifera maia uir
go uirgissima. de qua uirgo ille
et singularis flos et fructus pro
dit. in uirtutum spiritualium germen eru
pit: flos suauissimus emittens
odorem: fructus sapidissimus in
mitens dulcorem. flos cuius uoi
tas expellit mestitiam: fructus
cuius sacietas uenenam dat letitiam
Benedicta uirga de radice uesse:
uirtus et flos: quod de tali ra
dice ascendit. Benedicta arbor ben
dicta et arboris fructus. Tu o er
go flore me recrea: tu o fructu
ab omni miseria me libera: uirgo
maia in eternum benedicta. amen.

De receptioe iohannis bap^{te} Ca. iiii

Vit autem in di
ebus illis salz
in diebus hero
dis regis iudee.
sacerdos quidam
noie sachaias

de uice abia: et uxor eius noie

quantum ad obseruanciam ceremonialium:
sine quarela. quantum ad obseruanciam
iudicialium: quod pacifice se ad proxi
mos habebant. Et non erat illis
filius propter sterilitatem: quod est causa
specialis mulieris. Ex quo apparet
deceptio percursoris miraculosa: quod
non fuit tantum per naturam: sed per
naturam gratia diuina adiuta. **T**
Iste herodes de parte ydumeo de
cendens fuit alienigena: et iam cep
trum ablatum fuit de iuda: et
ideo tempus aduentus christi instabat: quod
iacob patriarcha spiritu prophetico sig
num aduentus christi prederant. qui reg
num iudee ad alienigenam translatum
esset dicens. Non auferet ceptrum
de iuda etc. **T** Et sciendum est hic
quod cum moyses unicum instituisse su
mum sacerdotem. cui mortuo unus per
ordinem succederet: dauid uolens im
plere cultum domus domini. de xxiiii fa
miliis que descenderant ab aharone in
stituit uiginti quatuor sacerdotes: su
per quos tamen unus maior erat et su
mus omnium: quod dicebatur princeps sac
dotum. Instituit etiam ut uicissim mi
nistrantes per ebdomadam a sabbo
usque ad sabbatum tempore uias sue
singuli castissime student: nec
interim in domum ipsam intraret:
sed in domunculis circa templum

msw. 08/11

alte Nr. 352.

Calixtus, G. mit

Samelband mit insges. 67 Disputationen
philosophischen Inhalts, darunter auch
einige mathematische.

Herman. Comringus
c. 13. 17. c. XL.

F. III. 6.

DISPUTATIO

De

PHILOSOPHIA IN
GENERE:

Ad quam

DEO VOLENTE,

Sub presidio

M. ANDREAE POLEMANI,
VERDENSIS,

In Acad. Iulia respondebit

IOHANNES SAVRFINCK,
GVELFERBYTANVS.

XV. KAL. MARTII.

PSAL. CIV. v. XXIV.

QUAM MAGNIFICATA SUNT OPERA TVA
DOMINE! OMNIA IN SAPIENTIA FECISTI: IM-
PLETA EST TERRA CREATIONE TVA.

PSAL. XCII.

Delectasti me Domine in facturatu, & in operibus manuum tuarum
exultabo. Quam magna sunt opera tua Domine! quam profunda cogitati-
ones tuae! vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget haec.



HELMAESTADI,

Ex typographico IACOBI LVCI,

ANNO CL. IS. CIX.





*Reuerendo in Christo patri, pietatis, eruditionis,
ceterarumq; virtutum splendore clarissimo viro ac Dn.*

**Dn. PETRO VVEINTRAVBIO, COE-
nobij Riddagshufani præfuli dignissimo:**

Reuerendo, Clarissimo, & Excellentissimo Viro,

**Dn. BASILIO SATLERO, SS. THEOL. D.
Ecclesiarum in Ducatu Brunfuicensi Super-
intendenti Generalissimo:**

Magnifico, Nobilissimo, & Consultissimo viro,

**Dn. IOANNI AB VSLER, ICto, SE-
renissimi Ducis Brunfuicensis Consiliario pri-
mario; Compatri meo plurimum honorando:**

*Dominis Mæcenatibus ac fautoribus perpe-
tuum observandis,*

S. D.

IN sacris legimus, Reuerendi Magnifici, Nobilissimi, Hu-
manissimiq; viri, Sapientiam non introire in animam
maleuolam. Sapientia autem, respectu nostri, in Scriptu-
râ duobus modis sumitur: primò & principaliter pro
eâ, quæ nos docet, Deum rectè nosse, quomodo sese in
verbo suo nobis patefecit, & quomodo de voluntate suâ, quantum
in hac vitâ ad salutem æternam nobis opus est, certiores nos reddi-
dit per Spiritum suum, qui omnia scrutatur, etiam profunditates
Dei, 1. Cor. 2. v. 10. Secundariò autem pro eâ, quam ipse Deus homini-
bus in naturali contemplatione non tantum indulfit, sed etiam co-
lendam præcepit. Nam Spiritus S. per regium prophetam inquit:
Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus nõ est intellectus ps. 32. v. 9.
Itaq;

Itaq; penitiùs opera Domini introspeciens David, cum summa admiratione & cum gaudio iterum dicit: Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius. ps. lxxv. 2. Verum nulla sapientia, ut ex lib. Sap. modò indicavi, in animam maleuolam introibit. Quare, si erga eos, qui me summis adfecerunt beneficijs, ingratus essem (ingratitude enim maleuolentiam quandam satis arguit) nunquam sanè ad verà, quam semper hætenus ambiui & ambeo, sapientiam nunquam ad veram frugem peruenirem. Essem autem ingratus mortaliū, si non recordarer & pleno ore laudarem ingentia beneficia, quæ ab heroicis personis mihi præstita sunt: quia absque illis ego liberalia studia ne primoribus quidè, quod dicitur, labris attingere potuissem. Multa profectò atq; illustria beneficia in me pauperem adolescentulum contulit Illustrissima princeps, Diua HEDVIGIS, sanctissimæ recordationis, Domina mea clementissima, quæ me puerum liberali educationi & institutioni tradendum curauit. Quod beneficium tam præclarum est, ut nunquam satis prædicare queam. Multa deinde beneficia in me contulisti, Reuerende ac prudentissime Domine Præsul: Multa contulisti, Reuerende Clarissimeq; Dn. D. Satlere: Multa deniq; contulisti, Magnifice, nobilissimeq; Dn. Vslere, compater pl. honorande: quæ omnia & singula facilius mecum tacitus reputare, quam dignis elogijs extollere possim: quippe ad quæ recensenda & ritè deprædicanda, nulla facundia mihi suppetit. Ad vestrum tamen patrocinium semper confugio. Et secundum illud Comici: Ut quimus, aiunt, quando, ut volumus, non licet: malui ego, clientulus vester, gratum meū erga vos animum qualicumq; scripto nunc declarare, donec olim maiora exhibere possim, quam, nihil omninò agendo, ingratus videri. Ut igitur, ô magni patroni, theses hæc, de Philosophia conscriptas, æqui boniq; consulatis meq; porrò vestro fauore humaniter complectamini, submissè atque debitâ cum reuerentia rogo & oro. Deus omnia largiter vobis recompensabit. Valete. Helm. ex ac. Iul. XV. Kal. Martij, cIo Io cIx.

V. R. M. N. & H.

Observantissimus

IOHANNES SAURFINCK.

A 2

THE-



THESIS I.

Quid Phi-
sophia.



Vò rectius & commodius in doctrinâ **ETHICA**, quæ pars est Philosophiæ, quam partem cum Deo bene iuvante explicaturi sumus, versemur: pauca quedam in genere de Philosophiâ & eius partibus præmonebimus.

2. Ne verò equiuocatio vocabuli Philosophiæ cuiquam imponat, statim principio (licet rudi Mineruâ) eam Philosophiam describemus, de quâ infra in hac disputatione verba facturi sumus.
3. Dicimus igitur, ipsam esse talem doctrinam, quæ versatur circa omnia, quæ humanâ industriâ primario inveniuntur, & Intellectum, Appetitumq; nostrum informare, adeoq; quantum in hac vitæ imbecillitate nostrâ ope fieri potest, perficere docet. Vnde etiam animi medicina appellata est.
4. Hinc, ut patet, due sese ostendant eius partes. Quæ enim Rationem seu Intellectum perficit, **THEORETICA** dicitur, quod in solâ Speculatione consistat: quæ verò Appetitum, **PRACTICA**; quia circa actiones honestate informandas versatur.
5. Pro declaratione huius diuisionis, quæ vera & essentialis est diuisio, tenendum: quod, uti generalitas præceptorum in disciplinâ quadam Practicâ non parit aliam theoriâ, quàm quæ toti & cuilibet eius parti genuina & propria est: ita Specialitas præceptorum in eâdem non pariat aliam praxin, quàm quæ propriè Actio dicitur, ad quam videlicet, tanquam ad suum proprium & ultimam finem, non specialis quedam pars, sed tota disciplina, & quæuis eius particula tendit; ex quo sine etiam eius natura & essentia dependet, ita ut per eum solum, aut certè præcipuè & principaliter, habitâ tamen etiam ratione obiecti, siquidem obiecta pariunt finium distinctionem, Theoreticis disciplinis realisime contra distinguatur tota.

6. Re-

6. Rectè igitur statuimus, eam disciplinam, quæ in suâ naturâ practica est, nullâ sui parte theoreticam esse posse, cum contradictionem implicet: & vice versa, quæcunq; disciplina verè Theoretica est, eam nullâ sui parte posse esse Practicam. Adstipulatur nobis, vel potius veritati, Pererius lib. de Philos. cap. 3. Impossibile est, inquit, unam eandemq; scientiam verè Practicam & Speculatiuam esse. Vbi tamen dubitationem de Theologiâ suis auctoribus relinquit.

7. Sic rectè adfirmamus; Medicinam & Iurisprudentiam nunquam vlla sui parte Theoreticas esse posse. Nam quæcunq; Medicus ex Physicâ desumit, illa ad Effectiõnem dirigit, nempe ad sanitatis introductionem & conseruationem. Ergo non ut Physicus, sed, ut Medicus, ea considerat. Non igitur pars aliqua Medicinæ propterea sit Speculatiua. Sed neq; e contra Physicâ potest dici Practica aut Effectrix, licet quedam communicet Medicinæ, & videatur esse quasi propter Medicinam. Per se enim est tantum propter Cognitionem: per accidens autem fit, ut dirigatur ad Effectiõnem; quemadmodum Geometria ad finem Architectonicæ. Nam Physicâ & Geometria ex Speculatione perfectionem suam sortiuntur, non ex actione aut effectiõne: & tota Philosophia Speculatiua per se ad naturalem animæ rationalis perfectionem quæ in contemplatione consistit, ordinata est; non ad aliquam actionem, vel effectiõnem aut indigentiam corporis.

8. Præter talem igitur theoriam, quæ & actioni & effectiõni communis est, siue quæ eas ordine natura necessariò præcedit, nihil in totâ Medicinâ, ut nec in vllâ Iurisprudentiæ parte inuenitur, quod Theoricum sit.

9. Quo modo autem res in rerum naturâ, ex ipsius DEI ordinatione, sunt: ita etiam à nobis pronuciari debent. Proinde neq; aut Effectiõ potest dici Actio, aut Actio Contemplatio: neq; disciplinæ Effectrices vllâ sui parte Actiuæ, aut Actiuæ vllâ sui parte Contemplatiuæ, aut vice versa, esse possunt: si nimirum propriè & Philosophicè loqui velimus.

10. Sed quanquam Theoretica & Practica Philosophia natura

aliquo modo iam adumbrata est: sine dubio tamen magis elucescet, si
utramq; in suas vicissim partes subdividemus.

11. *Ens autem Speculabile Theoreticæ Philosophiæ obiectum esse, diximus supra. Cum verò considerandi modus determinet Scientias, illum hic respicere debemus, ut, quot per rerum naturam aut sint, aut fortè esse possint distinctæ Scientiæ, cognoscamus.*

Diuisio
Entis.

12. *Prius tamen Entis diuisio notanda. Ens enim aut est substantia aut Accidens. Substantia aut est Materiata aut Immaterialata. Immaterialata aut est finita aut infinita: omnes enim creaturæ sunt finite & dependent à suo Creatore; solus autem Creator est infinitus & independens. Iam sicuti Entitas, Immaterialitas, Materialitas, seu Natura, & Quantitas, diuersi sunt modi considerandi (impossibile n. est, uno conceptu ea omnia distinctè, id est quodlibet secundum propriam suam formam, seu differentiam, cognosci) ita neq; una tantum, sed plures omnino, eaq; distinctissima erunt Scientiæ.*

Metaphy-
sica.

13. *Ens igitur ut est Ens, seq; indifferenter habet ad Materi-
atum & Immaterialatum, Vniuersalem parit Scientiam, quæ pri-
ma Philosophiæ Theoreticæ pars est, & (sine dubio propter nobilita-
tem & præstantiam suam) prima Philosophia vocatur. Est enim
habitus, quem Aristoteles Sapientiam vocat, seu scientiam caput
habentem; quòd non tantum ex principijs concludat, sed in ipsorum
quoq; principiorum veritatem inquiret; quòd doceat scire maximè
omnia, licet vniuersaliter; quòd item reliquis, inferioribus scilicet
disciplinis, sua principia communicet & confirmet. Vnde propter
summam certitudinem & euidentiã suam predicatur Scientia-
rum Regina, Domina, & Patrona, à quâ omnes particulares Scientiæ
dependeant & in patrocinium recipiantur. Vulgò autem appellatur
μεταφυσική quasi μετὰ τὰ φυσικά: quòd abstracta quedam, qualia in
Metaphysicis proponuntur, non statim primo intuitu intelligantur,
nisi primùm in Physicis & materialibus aliquo modo declarentur.
Hanc autem appellationem recepit usus, & adhuc retinet.*

14. *Potest hæc doctrina diuidi in duas partes. Prima & præci-
pua*

qua est de affectionibus Entis unitis & disiunctis: altera de Speciebus Entis, sed sub ratione Entis. Adequatum enim huius disciplinae subiectum est Ens quatenus Ens, ita ut quidquid non consideratur sub ratione Entis simpliciter relegatur ex Metaphysicis.

15. Ens verò in Particulari consideratur vel ut est Substantia Materiata, vel ut Immaterialiata. Ut igitur de Immaterialibus primò dicamus, iam quemadmodum omnium corporum est, ita etiam omnium Immaterialium (licet pauca sint, quæ naturali luce de ijs scire possumus) una erit Scientia, quatenus videlicet Immaterialia uni considerandi modo includi possunt. Nam tunc demum verum est, quod dicunt, eiusdem esse pertractare species & genus, quando nimirum id sit sub uno considerandi modo. Ut, exempli gratia, in Physicis omnes species corporum considerantur sub ratione Motus: in Metaphysicis nihil consideratur nisi sub ratione Entis: in Mathesti nihil nisi sub Quantitate in abstracto. Quod si igitur infinitas, Aeternitas, Independentia, simplicissima essentia, infinita potentia, &c: quæ omnia soli DEO competunt ut Deus est, non includuntur Immaterialitati, quæ statuitur modus considerandi in hac Scientia, quæ est de Immaterialibus, tunc forè non erit una Scientia omnium Immaterialium, sed tantum sub illo considerandi modo, si quisquam est, qui omnes species Immaterialium includit.

Scientia particularis, quæ est de Immaterialibus.

16. Nam totus homo, qui etsi constat non tantum corpore, sed etiam animâ, & quidem animâ immortali, tamen in Physicis consideratur sub respectu motus. Iam autem Anima Rationalis potest sub propria quadam ratione considerari, prout scilicet est anima rationalis, abstracta à corpore, & tunc non pertinet eius consideratio ad Physicam, sed ad aliam disciplinam.

17. Sic etiam Deus, tanquam (ut docendi gratia sic loquamur) species quædam Immaterialium, licet habeat summam eminentiam præ omnibus creaturis, tamen sub respectu Immaterialitatis consideratur in scientia, quæ agit de Immaterialibus in uniuersum. Si verò excedit hunc considerandi modum, id est, si summa ipsius eminentia

sub propria ratione consideratur, siue quando Deus, non ut est immaterialis aut species immaterialitatis, sed ut Deus est, spectatur, de quo demonstrantur attributa, quae neq; in genere neq; in specie sub Immaterialitate per se considerantur aut considerari possunt; tum sane Creator cum Creaturis, siue Ens Infinitum & Independens cum Entibus finitis & dependentibus unius tantum Scientiae obiectum esse nequit.

18. Sic etiam Angeli, & Anima rationalis (secundum se considerata, prout à corpore est abstracta) uni Scientiae adiudicari possunt, quatenus includuntur uni Considerandi modo. Non autem in unâ eademq; Scientiâ debet esse specialis quidam considerandi modus, qui generali (eiusdem sc. Scientiae) non possit includi. Nam ubi non est unitas considerationis, ibi neq; erit una Scientia. Anima autem rationalis, abstracta à corpore, cum Angelis hoc habet commune, quod sit Substantia Immaterialis, finita, quod absq; organis corporeis & absq; ope sensuum suas edat operationes &c. Tractatus igitur de Anima sub hoc modo considerandi coniungi potest tractatui de Angelis.

Phyfica. 19. Substantia materialis, seu corpus, quando consideratur sub ratione Motus, parit Physicam.

Mathesis. 20. Mathematica autem considerat Quantitatem, cum suis affectionibus & speciebus, in abstracto.

21. Loquitur autem de purè Mathematica doctrinâ, quae aut Continuum, ut Geometria; aut Discretam quantitatem speculatur, ut Arithmetica.

22. Etsi verò re ipsâ nulla datur Quantitas extra corpus: abstrahitur tamen secundum rationem & citra appositionem sui Subiecti consideratur.

23. Geometria autem & Arithmetica subalternantur disciplinae quaedam Mathem. quae vacantur mixtae, ut sunt Astronomia, Musica, Optica, Cosmographia, Geographia &c. in quibus Quantitas cum certa materia & sensilis qualitatis additione consideratur. Ut

Musica

Musica addit Numero sonum, qui est sensilis qualitas. Idem iudicium de reliquis.

24. Haecenus de Theoretica Philosophia partibus. **PRACTICA** diuiditur ita, ut una & praecipua eius pars, quam specialiter Ethicam vocant, agat de totius doctrinae Practicae fine, & medijs internis; reliquae vero de medijs externis, ad eundem finem tendentibus. Externa autem media sunt leges, seu bene constituta Respub. & Oeconomia. Pars de Rep. agens, Politica; de Oeconomia, Oeconomica dicitur. Sunt autem Politica & Oeconomica distinctae partes, propter distinctum modum considerandi.

Diuisio practicae Philosophiae.

25. Et tot sunt Philosophiae, proprie sc. dictae, partes. Effectrices enim doctrinas quae & artes manuarum dicuntur, inter partes Philosophiae non numeramus, quod neque Mentem neque Appetitum hominis perficiant, sed tantum sint propter indigentiam corporis, aut etiam voluptatem.

26. Instrumenta quoque Philosophiae, ut sunt Grammatica, Rhetorica, & Logica, quia non res ipsas immediate tradunt, verum adminicula quaedam sunt ad res facilius cognoscendas, & bonum aliquod facilius obtinendum, Philosophiae partes strictae & proprie vocari non possunt.

27. Et haec de Philosophia in genere, pro ratione nostri instituti, breuiter nunc dicta sint. Dicitur forsitan de hac materia, de quibus singulis eius membris exactius & copiosius alias.



COROLLARIA.

I. An tota Philosophia (quaelibet eius pars suo modo) non tantum utilis, sed etiam maxime necessaria sit Ecclesiae & Reipub. idque secundum ordinationem diuinam? A.

A 5

II. An

II. An virtutes Ethnicorum per se DEO displiceant? N.

III. Anne diaboli & impij substantiam suam, Rationem & intellectum, & sustentationem suam à solo DEO CREATORE habeant? A.

IV. Vtrum Malitia sit ipsa Diaboli substantia? N.

P A R E R G A.

I. Quænam Philosophiæ partium sit absolute præferenda tanquam nobilissima; quænam in respectu? Quænam item sit magis necessaria?

2. An sit boni præceptoris, quandam doctrinam aut sapientiam quasi ex invidia occultare, aut negligentius tradere discipulo? N.

3. Anne dona, quibus nos ornauit Deus, vicissim in ipsius honorem & Ecclesiæ ædificationem pro virili collocare debeamus? A.



A D D N: R E S P O N D E N T E M.



*Vdis assiduus diuini oracula verbi,
Quaq; Deum deceat relligione coli.
Vt populo quandoq; queas monstrare salutis
Auctorem, æternæ iustitiæq; viam.*

Ethi-

Ethica coniungis rectè. non nascitur vsquam
Sanctus, qui satis est integer à vitijs.
Huc ades, exerceq; bonam feliciter artem,
Qua te, quaq; alios cum ratione regas.
Concilias populo citius pietatis amorem,
Si doceas eadem, quæ tua vita probat.

Iohannes Lotichius.

Ad eundem.

Signa qui sequitur cruenta Martis,
Atq; inter lituos & arma præsens
Obiectat clypeum hostibus minaci
Manu, & victor abit domum, refertis
Digna præmia gloriamq; dignam;
Castra sic pia Apollinis secutus
Saurfincki, aggredere probata bella, &
Te diuæ ægide Palladis tueris,
Contra quem validus Mimas Typhónue
Vix possent aliquid: resoluisti omnes
Griphos oppositos, *sacrata morum*
Dum præcepta tenes, colisq; Phœbum.
Summis maeste animi bonis, inertis
Vitæ qui fugis ocia, hinc capeffes
Laudem, post cineres tuos vigentem,
Ad plenum locuples tibi benigno
Cornu copia mentis olim honorum
Manabit, simul & virum integrorum,
Ora qui sua non minus rigarunt
Fonte Pegaseo, fauentq; Musis,
Et virtute alios, vagamq; sortem
Vincunt officijs, frueris vsu.

Ergo

Ergo pergito sic, cor & libellis
Tinge Socraticis labore crebro,
Ut pennâ haut tenui voles per orbem,
Viua & deniq; gloriæ brabea
In solo atq; polo simul reportes.

Ericus Leonhardi Hardeſianus LL. Stud.

Ad eundem.

Hic labor est rectè falsis discernere vera,
Ne malus in dubium nos trahat er-
ror iter.

Hæc cura est Physicè rimari indagine mentis,
Quâ sine vix poterit quis benè nosse sua.

Hoc opus ingenuum, præcepta salubria morum
Voluere percipidâ nocte dieq; manu.

Hoc opus, hæc cura, hic labor est, volitare recessus
Per cunctos Sophia, & noscere scita σοφῶν

En tu conaris: patriis hinc magnus in oris
Fies; quem quæris, nonne patronus erit?

Julius Satlerus Guelferb.

F I N I S.



Ergo



94 A 7363

ULB Halle 3
002 826 550



5b.


V47

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
Campus in Berlin-Potsdam
Via Lorenza kam für die



visibile voluit ex uirgine sumere: con-
grue debuit corporali specie apparere
formavit autem angelus corpus
sibi lucidum: quod secundum Augustinum facie
rutilans et veste choruscans uir-
gini apparuit. Conuenienter uero
uirgini annuntiatur incarnatio uerbi:
ut scilicet prius ipsum inciperet me-
te quam carne. **M**utans ergo
angelus nomen eue. dicit uirgini
aue: indicans eam ab omni ve-
beram. **Q**ue bene gratia plena di-
citur: quod alijs ad mensuram gratia
datur: hec autem sola gratia
quam nulla alia meruerit conse-
cuta est: ut gratie impleretur
auctore. **Q**ue cum gratia plena sit.
prius etiam quam accipiat: post accep-
tionem quantum dei habundat gratia
quis cogitare possit? **U**nus ieronimus
Et bene plena: quod ceteris per partes
prestatur gratia: maiore uero simul
se totam infudit gratie plenitudo:
bene gratia plena: per quam largo sancti
spiritus umbre perfusa est omnis
creatura. **Q**ue celis dedit gloriam.
terris deum pacemque refudit: fidei
gentibus finem uicibus: uite ordinem.
moribus disciplinam. **D**icitur
quoque ei dominus tecum. scilicet sit in uen-
tre. qui tecum est in animo: adimplet
ventrem. qui adimplet mentem.

quod et si tota saluatio angelus in se
uirgini gratissima: ista tamen clausula
dominus tecum potissime eam delectat
ideo singulari deuotione dicitur de eam
Licet enim iam eam in uirgine: non enim
tamen misit nuncium: quod modo singulari uo-
luit esse secum. **H**ec etiam sola per
omnes mulieres et super omnes mu-
lieres benedicta predicatur. **C**um
mulier subiaceret maledictioni dei
ut legis: nam corrupta subiaceret ma-
ledictioni dei quod ait **In dolo** par-
es: uirgo maledictioni legis non
erat. **maledicta sterilis**: sed inania
utrumque maledictum uitauit: maledic-
tionem dei. quod uirgo promissit: maledic-
tionem legis: quod filium habuit. **U**nde
ipsa primicia uirginum dum primo
uiginitate sua de obtulit. **maledic-
tionem legis aboleuit**: et merito benedicta
dicitur: per quam mundus a maledic-
tione liberatur. **E**t notandum
quod super hac saluationem nunquam ho-
mo uenire ualebit: nec alius
excellens dulcis et gratiosus uirginum
uigine salutem potit: quam dicitur sa-
luatioem quam ipse deus per dicitur
et per angelum ei destinauit. **In** uir-
gine singulis dulcissima implen-
tur mysteria. **N**am deus per eam
sua omnipotentia confirmat: ut
esset inuis ab omni uerbo
tunc uirginum que filia



TATIO

PHIA IN

ERE:

nam

LENTE,

esidio

POLEMANI,

ENSIS,

respondebit

SAURFINCK,

YTANVS.

MARTII.

v. XXIV.

TA SVNT OPERA TVA

PIENTIA FECISTI: IM-

EATIONE TVA.

XCH.

tua, & in operibus manuum tuarum

tua Domine! quam profunde cogitati-

stultus non intelliget hac.

STADI,

IACOBI LVCI,

lb. cIX.

